

quidem, at non omnes premium Evangelii reportant, sed ii tantum, qui bene et legitime iuxta Evangelium currunt usque in finem.

Sic CURRITE, ut COMPREHENDATIS. Sic ergo currite, sic vivite, ita vite vestrae cursum dirigite (scandala vitantes, proximo ex charitate servientes, de hoc enim semper est questio), ut aeternum vite premium reportetis. Vel sic currite, ut in curso primi sitis, et egregium assoquamini premium. Agitur enim de premio ultimo, de quo v. 18.

STADIUM, locus in quo currendum : hinc cursores stadiodromi.

BRAVIUM, seu brabeum, premium victoribus destinatum. Palmam unus accipit apud stadiodromos : apud nos, omnes illi qui legitime currunt. Comparatio itaque fit in eo, quod non omnes accipiunt : non in eo quod vivunt.

VERS. 25. — OMNIS AUTEM QUI IN AGONE... Græc., *omnis agonizans*, per omnia temperans est. — Alludit ad agones Olympicos, aliaque Græcorum certamina, et maxime Isthmia, quæ celebrabantur Corinthi. De his vide Cornelium, Trinum. Docet itaque modum quo possint bravium apprehendere ; omnis qui in cursu, aut pugilatu certat, per omnia temperans est ; ABSTINET AB OMNIBUS que vires aut velocitatem corporis possent minuire, eumque in agone impedire. Servabant temperatissimum victis rationem, abstinentes à superfluis, et delicatioribus cibis, contenti certo quodam ac demenso, seu necessario victu. Vide Cornelium à Lapide. Abstinit venere et vino, ait Horatius citatus à Grotio.

ET ILLI QUIDEM, ut CORONAM CORRUPTIBILEM..., momentaneam ac brevi perituram, ex oleastro, aut piceâ, aut lauro.

NOS AUTEM INCORRUPTAM... Quidni et nos christiani, ut immarcescibilem et aeternam coronam habeamus ; abstineamus à multis, quamquam licitis, vitiis nobis faciendis, ut aliqua, quamvis difficilia, operemur ad nos-tram, et aliorum salutem ? Multum dispar donum est, ait Ambrosius : ac per hoc vult diligentiores nos esse debere, quibus non terrenis et marcescibilibus floribus ; sed aeternis conserta gemmis, in modum regalis diadematis, spiritalis corona servatur. Am-

ex multis aliis, veram justitiam amitti posse : quod negant hæreses novæ.

VERS. 25. — Omnis autem qui in agone contendit, id est, agonizans, in agone decertans, gymnasticam exercens, ab omnibus, scilicet eum in agone impediendis, se abstinet. Græcè : *Per omnia temperans est et abstinens*. Et (ut Cyprian.) *continens*. Addit Clemens Alexandr. athletas abstinuisse venere. Sicut enim libido corpus debilitat, enervat et exhaurit ; ita continentia et castitas roborat corpus, ac multo magis mentem. Et ita hoc Apostoli dictum : *ab omnibus, id est, ab omni libidine se abstinet*.

Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, id est, premium aliquod temporale ac periturum : Nos autem incorruptam, id est, aeternam coronam, in cælo repositam illi qui bene certaverint et cursum consummaverint.

VERS. 26. — Ego igitur, sic curro, etc. Pugno, id est, prælior in bello, inquit S. Thomas, id est, pugilem ago, pugnis certo, non quasi aerem verberans,

brosius. Modus itaque quo possimus hanc apprehendere coronam, est si abstinemus, si vim nobis facimus, si ex charitate proximorum saluti studeamus ; cõque libentius, quò gloriosior nobis corona proponitur.

VERS. 26. — EGO IGITUR SIC CURRO. Rursus se in exemplum proponit, et exemplo suo modum currendi docet et pugnandi. Stadiodromus, seu cursu certans in stadio, qui vult bravium reportare, non divertit in cursu, quasi qui nullum scopum habet, sed rectè currit ad metam destinatum, ut ibi coronam ex edito appensam, et certantibus propositam, currendo manibus apprehendat.

Ego igitur more stadiodromorum sic curro, in evangelico ministerio, non in incertum, huc et illic, in quamlibet partem, sed rectè, celeriter, totoque nisu tendens ad scopum, ut coronam expositam apprehendam.

Sic PUGNO, non quasi aerem verberans. Græc., *percutis, pugnis ago*, pugilem more decerto. Pyetes, seu pugil, aerem sæpè verberat inani ictu, et incasso conatu, quem vitat adversarius. Non sic ego pugno in Evangelii palæstrâ, non inaniter aerem verbero : non temerè, inconsideratè pugno, sed certis et destinatis ictibus hostem meum ferio. Quis ille ? corpus meum.

VERS. 27. — SED CASTIGO CORPUS MEUM. Græc., *obtundo, lividum facio*. Sed corpus meum, spiritus adversarium, castigo, obtundo, ictibus lividum facio, id est, multis incommodis afficio, labore manuum, fame, siti, etc.

ET IN SERVITUTEM REDIGO, ut servum ago, ac mihi subiectum teneo. Pugil victor adversarium victum trahebat, ut servum ; ita Paulus de suo corpore victo et edomito triumphabat. Corpus esse castigandum, multis sanctorum Patrum exemplis et autoritatibus probat Cornelius à Lapide. Idem notat solos sanctos austerioris vite miraculis claruisse.

NE FORTE CUM ALIIS PRÆDICAVERIM, viamque salutis ostenderim ; ipse salute indignus inveniar, et à Deo tanquam reprobos ejiciar. Versu 25 dixit : *Ut particeps efficiar Evangelii...* ; hic per oppositionem, ne salute indignus efficiar. Coherent omnia. Paulus metuit damnari : Calvinus credit fide se salvandum.

id est, frustra et inaniter laborans : sed hostem verbero, scilicet corpus et carnem meam subigo, quæ subactâ faciliè duo reliqui hostes, scilicet dæmon et mundus, subiguntur.

VERS. 27. — Sed castigo corpus meum : Castigo, id est, subigo, coerco, contendo. Irenæus interpret, lib. 4, cap. 72, vertit : *Lividum facio corpus meum*, id est, siccum et squalidum reddo, ut intelligas Paulum fame et inediâ corpus suum attenuare et affligere. Et in servitutem redigo, id est, ut servum ago, ac subiectum mihi teneo : sic tracto ut cogar et assuescat servire. Jam quomodo corpus suum castigaverit, et in servitutem redegerit, alibi significat, ut illis verbis 2 Epist. cap. 6 : *In laboribus, in vigiliis, in jejuniis*. Porro castigatio corporis fit per jeunia, cilicia, humiliações, plagas, aliaque carnis macerationes et afflictiones. Hinc nonnulli censent Paulum corpori suo plagas et verbera inflixisse.

Ne forte cum aliis prædicaverim ipse reprobos efficiar, id est, reprobus ; q. d. : Ne reprober et rejiciar à

Hoc exemplo suo, hisque similitudinibus, Corinthios, etiam in idolo epulatores perstringit, simul et eos ad sui imitationem excitat.

Sic curro rectè, celeriter, toto nisu ; utque velocibus curram, ab omnibus etiam sæpè necessariis abstinere : sic et vos mecum currite rectè, diligenter, perseveranter ; sic et mecum abstinete, non ab epulis et deliciis tantum, sed et in ipso necessario victu temperantes estote.

Sic pugno, sic adversarium meum corpus certis

Deo, cõloque excludar. Loquitur non de reprobatione aeternâ, quæ est in mente divinâ, sed temporali, quæ est executio aeternæ. Hinc patet incertitudo gratiæ et predestinationis. Paulus metuit damnari, tu fide credes te salvandum ? Secundo, hinc colligitur Paulum non habuisse revelationem de suâ salute ; ita S. Gregorius, lib. 6, epist. 22, ad Gregoriani ; tertio, non ita fuisse confirmatum in gratiâ, quin ab eâ excedere potuisset. Si Paulus hæc timuit (ait Chrysost.), qui iam

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad proximum redigenda.

Aliqua hic ad Dei et Ecclesiæ ministros spectatim attinet ; aliqua ad omnes in genere christianos : itaque.

1^o Omnis Dei et Ecclesiæ minister attendat ad v. 4, 7, 10, 11, 12, 14, hincque ab Apostolo tria discat, munus suum, jus suum, judicium suum. Munus, scilicet laborare, pugnare, vigilare, v. 4 ; arare, serere, triturare, v. 11. Jus, vivere, v. 14 ; vite necessaria recipere, v. 4. Judicium et condemnationem suam, si otiosus, et iners, nec labore, nec pugnet, nec vigilet : vel si nec aret, nec serat, nec triturat. Si necessariis non contentus, quærat superflua ; si avarus congreget divitias ; si vanus et voluptuosus in vanis et deliciis ecclesiastica bona consumat. Vide dicta ad v. 4, 7, etc. Idem Dei et Ecclesiæ minister attendat ad v. 15, 16, 17, 18, hincque ab exemplo D. Pauli discat summam statûs sui perfectionem, scilicet gratis ministrare, nihilque ab hominibus accipere, ut Deus sit illius tota merces magna nimis. Attendat ad v. 19, 20, 21, 22, ut ibi ab exemplo D. Pauli discat alteram sui status perfectionem, scilicet ex charitate omnibus omnia fieri : sit medicus, magister, pater. Vide dicta ad v. 22.

CAPUT X.

1. Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt ;

2. Et omnes in Moysè baptizati sunt, in nube, et in mari ;

3. Et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt ;

4. Et omnes eundem potum spiritalem biberunt (bibebant autem de spiritali conseqente eos petra ; petra autem erat Christus) ;

5. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo ; nam prostrati sunt in deserto.

6. Hæc autem in figurâ facta sunt nostri, ut non

icitibus obtundo ; et sicque variis laboribus et incommodis victum et edomitum in servitutum redigo. Ita et vos mecum decertate, ita et corpus vestrum obtundite ; ita et deliciis privatum, laboribus fractum, agite ut servum, et teneat subiectum. Timeo ne reprobus efficiar. Et vos timeate ; recordamini Israelitarum ; quanta bona à Deo sunt adepti ; quanta delenda mala perpassi, et quot ex illis rejecti. Hæc figura sunt malorum vobis imminuentium, nisi Deo fideiores fueritis. Vide caput sequens.

multos docuit ; et timuit postquam prædicavit, quid nos dixerimus ? Augustinus, serm. 19 de Verbis Apostoli, citante etiam Bedâ : *Suo timore nos terruit. Quid enim faciet apus, ubi aries transit ?* Adde Gregorium Patrum affirmare apostolum Paulum hæc scribentem, quamvis iam ad totulum cælum ascendisset, et in paradiso ductus areana verba audisset, que homini loqui non liceret, tamen adhuc trepidasse et timuisse ne à salute excederet.

2^o Omnis et quilibet christianus assumat velut sibi dicta à versu 24 usque ad finem capituli, hincque discat, 1^o quod vita christiana sit stadium et palæstra ; 2^o quod unusquisque christianus stadiodromus sit et pugil : hinc in baptismo unctus fuit oleo ; 3^o quod in hoc stadio et agone, antagonista noster sit caro, mundus, et dæmon : ita tamen, ut prima subactâ, subigantur et alii ; 4^o quod bravium sit aeterna gloria ; 5^o quod coliphum, seu panis athleticus, sit victus sobrius et jejuniis, abstinentiâ à deliciis ; 6^o quod pugna sit virtutis exercitium, quod non peragitur sine conflictu interno et externo ; seu sine cordis mortificatione, et corporis castigatione. Nobis omnibus itaque pugnandum, nobis currendum. Ad exemplum D. Pauli sic curramus rectè, promptè, perseveranter, ut palmam tandem apprehendamus. Vide dicta ad v. 26, 27. In hoc cursu sistere, regredi est, et deficere, ait D. Bernardus, epist. 254. Ad exemplum divi Pauli sic pugnemus, sic obtundamus corpus nostrum ; sic subigamus inedia, vigiliis, ut victores aliquando coronari mereamur. Victo corpore, facile de mundo et dæmone triumphabimus.

CHAPITRE X.

1. Je ne veux pas que vous ignoriez, mes frères, que nos pères ont tous été sous la nuë ; qu'ils ont tous passé au travers de la mer Rouge ;

2. Qu'ils ont été baptisés sous la conduite de Moïse dans la nuë et dans la mer ;

3. Qu'ils ont tous mangé d'une même viande spirituelle ;

4. Et qu'ils ont tous bu d'un même breuvage spirituel ; car ils buvaient de l'eau de la pierre spirituelle, qui les suivait ; et cette pierre était Jésus-Christ.

5. Mais il y en eut peu d'un si grand nombre, qui furent agréables à Dieu, car ils périrent dans le désert.

6. Or, toutes ces choses ont été des figures de ce

simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupiscunt.

7. Neque idololatras efficiamini, sicut quidam ex ipsis; quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.

8. Neque fornicentur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt unâ die viginti tria millia.

9. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et à serpentibus perierunt.

10. Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore.

11. Hæc autem omnia in figurâ contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deveniunt.

12. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.

15. Tentatio vos non apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione provident, ut possitis sustinere.

14. Propter quod, charissimi mihi, fugite ab idololorum culturâ.

15. Ut prudentibus liquor, vos ipsi iudicâte quod dico.

16. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?

17. Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus.

18. Videte Israel secundum carnem; nonne qui edunt hostias, participos sunt altaris?

19. Quid ergo? dico quod idolis immolatum sit aliquid? aut quod idolum sit aliquid?

20. Sed que immolant gentes, dæmonibus immolant, et non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum: non potestis calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum;

21. Non potestis mensæ Domini participes esse, et mensæ dæmoniorum.

22. An æmulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

23. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.

24. Nemo quod suum est querat sed quod alienis.

25. Omne quod in macello venit manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

26. Domini est terra, et plenitudo ejus.

27. Si quis vocat vos infidelium, et vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

28. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicavit, et propter conscientiam.

29. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alienâ conscientia?

qui nous regarde, afin que nous ne nous abandonnions pas aux mauvais desirs, comme ils s'y abandonnerent.

7. Ne devenez point aussi idolâtres comme quelques-uns d'eux, dont il est écrit: Le peuple s'assit pour manger et pour boire, et ils se levèrent ensuïte pour jouer.

8. Ne commettons point de fornication, comme quelques-uns d'eux commirent ce crime, pour lequel il y en eut vingt-trois mille qui furent frappés de mort en un seul jour.

9. Ne tentons point Jésus-Christ, comme le tentèrent quelques-uns d'eux, et qui furent tués par les serpents.

10. Ne murmurez point comme murmurèrent quelques-uns d'eux qui furent frappés de mort par l'ange exterminateur.

11. Or, toutes ces choses qui leur arrivaient étaient des figures; et elles ont été écrites pour notre instruction, à nous autres qui nous trouvons à la fin des temps.

12. Que celui donc qui croit être debout, prenne bien garde de tomber.

15. Vous n'avez eu encore que des tentations humaines et ordinaires. Dieu est fidèle, et il ne permettra pas que vous soyez tentés au-dessus de vos forces; mais il vous fera tirer avantage de la tentation même, afin que vous puissiez persévérer.

14. C'est pourquoi, mes très-chers frères, fuyez l'idolâtrie:

15. Je vous parle comme à des personnes sages; jugez vous-mêmes de ce que je dis.

16. N'est-il pas vrai que le calice de bénédiction que nous béniissons est la communion du sang de Jésus-Christ, et que le pain que nous rompons est la communion du corps du Seigneur?

17. Car nous ne sommes tous ensemble qu'un seul pain et un seul corps, nous tous qui participons à un même pain.

18. Considérez les Israélites selon la chair: n'est-il pas vrai que ceux d'entre eux qui mangent de la victime immolée, prennent part à l'autel?

19. Est-ce donc que je veuille dire que ce qui a été immolé aux idoles ait quelque vertu, ou que l'idole soit quelque chose?

20. Mais je dis que ce que les païens immolent, ils l'immolent aux démons, et non pas à Dieu. Or je désire que vous n'ayez aucune société avec les démons; car vous ne pouvez pas boire le calice du Seigneur et le calice des démons.

21. Vous ne pouvez pas participer à la table du Seigneur et à la table des démons.

22. Est-ce que nous voulons irriter Dieu, et le piquer de jalousie? Sommes-nous plus forts que lui? Tout m'est permis, mais tout n'est pas avantageux.

23. Tout m'est permis, mais tout n'est pas édifiant.

24. Que personne ne cherche sa propre satisfaction, mais le bien des autres.

25. Mangez de tout ce qui se vend à la boucherie, sans vous enquérir d'où il vient par scrupule de conscience.

26. Car la terre et tout ce qu'elle contient est au Seigneur.

27. Si un infidèle vous prie à manger chez lui, et que vous y veniez aller, mangez de tout ce qu'on vous servira sans vous enquérir d'où il vient par scrupule de conscience.

28. Mais si quelqu'un vous dit: Ceci a été immolé aux idoles, n'en mangez pas, à cause de celui qui vous a donné cet avis, et aussi de peur de blesser la conscience.

29. Quand je dis la conscience, je ne dis pas la vôtre, mais celle d'un autre; car pourquoi m'exposerais-je à faire condamner par la conscience d'autrui la liberté que j'ai de manger de tout?

50. Si ego cum gratiâ participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago?

51. Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

52. Sine offensione estote Judæis, et gentibus, et Ecclesiæ Dei:

53. Sicut et ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.

ANALYSIS.

Caput nonum Paulus absolute tremens, ne reprobus efficiatur; hocque suo tremore, nos idem secum timere docuit. In primis autem hujus capituli versibus, suum et nostrum timorem confirmat, exemplo veterum Hebræorum verè tremendo: licet enim fisdem omnes à Deo beneficiis, etiam stupendis et inauditis, præviti fuerint; plerique tamen, ob ingratitude suam, morte puniti sunt in deserto: ita ut è sexcentis millibus, duo tantum homines terram promissam ingressi fuerint. Hæc, ait Paulus, v. 6, figura nostri sunt. Populus ille nostri figura; beneficia vitoribus illis omnibus collata, gratiarum nobis omnibus in hac peregrinatione collatarum figura; ingratorum illorum punitio, malorum nobis impendentium rudis delineatio; si sicut illi fuerimus malorum concupiscentes, idololatras, fornicarios, tentatores Christi, murmuratores. Hæc, rursum ait v. 11, sunt malorum nobis contingendorum pænna, et nobis erudiendis conscripta; ut nos christiani, qui in ultimâ mundi ætate virimus, alieno sapimus exemplo. Itaque v. 12, ait: Qui putat se stare, caveat ne cadat; sicut steterunt illi, et ceciderunt. Ne nimio tamen timore deficiant Corinthii, v. 13, precatur, ut non gravis eos invadat tentatio; eorumque animos spe in Deum erigit.

V. 14. Terrore, ob superius dicta, Corinthiis incusso, utitur ad eos advertendos ab idololatriâ, que hæc idololatriam aperte nominat, quia scilicet participationes sunt sacrificiorum dæmonibus oblatorum.

PARAPHRASIS.

4. Quidam reprobari timeam? Quidni et vos idem mecum timeatis? Memores estote eorum, que patribus nostris acciderunt: omnes illi post egressum ex Ægypto, sub columnâ nubis fuerunt, et omnes mare Rubrum mirabiliter transierunt;

2. Et omnes, Moysè duce et administro, quodammodo baptizati sunt in hac nube et mari, nostri baptismi figura.

3. Et omnes idem manna cœlestis datum comederunt.

4. Et omnes aquam divinitus datam biberunt. (Bibebant autem de aquâ, quam è saxo Moyses clicuit icu aquæ, cujus aquæ rivuli castra eorum aliquandiu secuti sunt in deserto; hæc autem rupes figurabat Christum, è cujus latere percusso, fluxit aqua ad refectionem Ecclesiæ.)

5. Beneficia ergo omnibus illis communia quidem fuerunt: verumtamen quamplurimos eorum Deus gra-

50. Si je prends avec action de grâces ce que je mange, pourquoi parle-t-on mal de moi, et me condamne-t-on pour une chose dont je rends grâces à Dieu?

51. Soit donc que vous mangiez, soit que vous buviez, et quelque chose que vous fassiez, faites tout pour la gloire de Dieu.

52. Ne donnez point occasion de scandale, ni aux Juifs, ni aux gentils, ni à l'Eglise de Dieu;

53. Comme je tâche moi-même de plaire à tous en toutes choses, ne cherchant point ce qui m'est avantageux en particulier, mais ce qui est avantageux à plusieurs pour être sauvés.

V. 16. Sicut calix benedictus, seu eucharisticus, communicatio est sanguinis Christi; et panis consecratus, communicatio corporis Domini: ita libamen, et idololatria sunt participationes cum dæmoniis.

V. 18. Sicut Israelitæ de victimis edentes, oblatis sacrificiis sunt participes; ita vos, ô Corinthii, idololatria comedentes, sacrilegi sacrificii participes estis.

V. 20, etc. Nolo autem vos christianos fieri dæmonum socios. Non potest quis altaris Christi, et altaris dæmonum esse participes. Hoc est Dominum irritare, et quasi ad zelotypium provocare. Ubi suam Paulus de idololatriâ mentem hic integrè aperuit, et quasdam objectiones resolvit. Tandem hanc de idololatriâ questionem, ab octavo capite agitatam, ita componit, ut doctis aliquid concedat, et infirmorum saluti consulat.

V. 25. Permittit, ut indifferenter emant et comedant ex omni, quod in macello venale prostat, nullâ prius interrogatione factâ, immolatum sit, an non?

V. 27. Permittit, ut apud ethnicos invitati, sine scrupulo comedant ex appositis.

V. 28. Quod si quis dixerit: Hoc fuit immolatum, vetat ex eo ne comedant; ne libertate suâ male utentes, quempiam scandalizent, denique ei blasphemandâ occasionem. Hortatur denique, ut in omnibus honorem Dei querant, et saltem proximi; et ab eis nulla oriatur causa scandali, sive infidelibus sive fidelibus.

tos non habuit, sed ob scelera morte punitiv in deserto, ita ut duo tantum terram promissam fuerint ingressi.

6. Hæc autem omnia nostri figura sunt; sicut beneficia illis omnibus collata, gratiarum nobis omnibus collatarum sunt figura; sic et illorum temporalis punitio, æternæ christianorum punitonis figura; si necessarius non contenti, per gulam peccemus sicut et illi;

7. Si efficiamini idololatras, sicut quidam ex ipsis, qui Moysè absente, vitulum aureum confecerunt, adoraverunt, hostiasque oblati, sederunt ad comedendum immolatas carnes: deinde surrexerunt ad saltandum et ludendum circa vitulum;

8. Si fornicarii fuerimus, sicut quidam ex illis cum filiabus Moab fornicati sunt, ob quod unâ die viginti tria millia occisi sunt;

9. Si Christum tentemus, de ejus promissis diffi-

dentes; sicut et quidam eorum Christum ut Deum, eorumque ducem, toties exacerbarunt; ob quod ab ignibus serpentibus interfecti sunt;

10. Si missiveritis, et factiones susceperitis, sicut illi Moysi obnummuraverunt, inita conspiratione, ob quam ab angelo exterminati sunt Core, Dathan et alii, etc.;

11. Mementote, inquam, quod hæc quæ Judeis acciderunt, sunt nobis contingendorum prænumtia, et quod nobis erudiendis et corrigendis conscripta, ut nos christiani, qui in ultima mundi ætate vivimus, alieno sapiamus exemplo.

12. Itaque nemo nostrum sibi fidat, sed qui stat, timeat ne cadat: sicut steterunt illi, et tamen ceciderunt.

15. Opto, Deumque precor, ut tentatio vos non invadat, nisi levis, et superatu facilis; ne, si gravior, vos superet, et cadatis. Confidite tamen; Deus, qui suis fidelis est, non patietur vos tentari supra vires vestras, sed vos roborando, faciet ut tentatio felicem habeat exitum; ita ut possitis sustinere, imò et vincere.

14. Quapropter, hoc ut ita sit, o charissimis mei, fugite, et procul estote ab omni idolorum cultu, et ab idololatriis, quæ quedam sunt idololatria.

13. Cum viris prudentibus et sapientibus mihi res est: itaque vos ipsi iudicate an verum sit quod dico; scilicet comestionem idololatriarum esse idololatriam.

16. Nomen calicem benedictum et consecratum bibentes, communicamus Domino, et ejus unimur sanguini? Nomen panem quem consecramus, et consecratum fragrimus populo distribuendum, comedentes, communicamus, et unum finis cum corpore Domini?

17. Ita sanè, et ita realiter, ut nos omnes unus panis, unum Christi corpus simus, quia ex uno pane comedimus, qui est corpus Christi. Idem ergo intellige de bibentibus libamen, et de comedentibus idololatriam; communicant enim dæmonibus quibus oblata sunt.

18. Hoc ipsum videte ex Judaicâ religione. Nonne omnes apud Judæos, qui de victimis comedunt, oblatis sacrificii sunt participes? Ita ergo idololatriam comedentes, sacrificii dæmonum sacrificii sunt participes.

19. An propterea dico, idolum, aut idololatriam aliquid esse? minime.

20. Sed dico, quod illud ipsum quod gentiles im-

molant, dæmonibus immolant, et non Deo: et idè quod idololatriam comedunt, communicant cum dæmonibus; Nolo autem vos christianos fieri dæmonum socios, per comestionem carnum illis oblatarum: Non potestis calicem Domino consecratum bibere, et vinum dæmonibus libatum.

21. Non potestis altaris Domini, et altaris dæmoniorum esse participes.

22. An Dominum volumus ad zelotypiam provocare? Num illo fortiores sumus?

23. Sed ais: Numquid hoc in se licitum est? Esto licet in se idololatriam comedere; sed non expedit omnia quæ licent: non expedit, inquam, quia non edificat; imò destruit et ad ruinam impellit hæc comestio in idolo, vel coram infirmo.

24. Charitas autem dicitur, ut non nostra queramus cum alterius scandalo aut incommodo.

25. Hanc tandem concludo questionem, meamque vobis aperio mentem. Primò ex omni quod in maello venale prostat, emite et comedite promiscuè, nihil interrogantes immolatum sit an non? Idque propter conscientiam, quæ scitis idolum nihil esse, et idololatriam nihil impurum habere.

26. Quia terra et omnia Domini sunt, et idè bona.

27. Secundò, si quis ethnicus vos invitat ad comedendum, et vultis ire, de omnibus apposis sine scrupulo comedite, non inquirentes, si sine immolatum, necne? quia scitis nihil hinc imparitatis oriri.

28. Tertiò, si quis autem è convivis dicit, hoc fuit immolatum; ex eo ne comedatis, propter monitoris infirmam et minus instructam conscientiam.

29. Conscientiam dico, non tuam, quæ firma est, sed illius monitoris, quæ sentit hoc tibi non licere. Cur autem faciam id quod mihi quidem liberum est, et licitum in se; sed ob quod alius in conscientia sua me damnat.

30. Quòd si per Dei beneficium cibus utor, cur occasione dabo, me quasi idolis devotum calumnian- di pro re, de qua Deo, et non dæmonibus, gratias ago?

31. Sive ergo edatis, sive bibatis, sive quid aliud faciat, omnia ad Dei gloriam referatis.

32. Nulla autem à vobis oritur offensio causa, sive Judæis, sive gentibus, sive christianis fratribus.

33. Sicut et ego omnibus placere studeo, non querens utilitatem meam, sed quod aliorum saluti maxime utilis sim.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — *Nolo enim vos ignorare.* Ut sequentium coherentiam cum precedentibus claris intuearis; recordare quod capite præcedenti, v. 25, dixit: *Omnia autem facio propter Evangelium, ut participes ejus efficiar.* Hocque dicens, Corinthios docuit æternam salutem suam omni modo stabilire. Versu 24, dixit:

VERS. 1. — *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt.* Quasi dicit: Ideo dixi post Baptismum christianis esse certandum

Omnes quidem currunt, sed unus.. hæcque stadiodromorum similitudine, docuit ad salutem non sufficere, quòd Ecclesie stadium per fidem ingressi fuerint; sed totis viribus eis amittendum esse, ut premium fidelibus promissum assumantur. Versu 26, addidit: *Ego igitur sic curro, et sic pugno.* hocque exemplo suo

in agone, ne reprobi fiant et bravium amittant; sicut Hebræi post typicum baptismum, et escam celestem, scilicet manna, terram promissionis et bravium inertes

docuit alacriter currendum, fortiter pugnamum, ut bravium reportetur. Denique, v. 27, dixit: *Casus... ne fortè et ipse reprobus efficiar*, hocque suo tremore docuit omnes Corinthios tremere, ne et ipsi reprobi fiant. Hæc autem omnia, scilicet quòd æterna salus cum omni sollicitudine sit facienda; quòd nobis non sufficiat fidem recepisse, et in Ecclesia stadium ingressos esse: sed nobis currendum, nobis pugnamum; quòd de Dei donis acceptis, non sit nobis blandiendum; quin imò, ob illa nobis timendum, nisi vita gratis correspondeat, hæc, inquam, omnia confirmat terribili veterum Hebræorum exemplo, qui, licet tot et tantis à Deo præventi beneficiis, licet in nube et mari omnes baptizati, pane celesti nutriti, potu miraculoso recreati et refocillati, non omnes tamen, sed è sexcentis millibus duo tantum terram promissam sunt ingressi. Quod sanè aperitissime respondet allate similitudini: *Omnes quidem currunt, sed unus...* et quod fideles promissum omnes docent cum curâ, cum omni sollicitudine et tremore salutem suam operari. Nonne ad textum.

Nolo enim. Græc., autem. Ambrosius legit enim, cui consentiant antiqua exemplaria, ait Erasmus; sique melius hæc coherent cum superioribus, quorum ratio datur. Quasi diceret, dixi: *Ne fortè et ipse reprobus efficiar*: quidni hoc timeam? Quidni et vos idem mecum timeatis? An propter gratias mihi et vobis à Deo datas, nobis blandimur? Quin imò, ob illas nobis maxime timendum.

Nolo enim vos ignorare... etenim recordari vos velim, memores estote: quoniam, id est, quòd patres nostri, id est, Hebræi, Judaicæ gentis, è qua sum, progenitores: et christiane religionis, quam profiteamur omnes, prodromi et antecessores.

Omnes sub nube fuerunt. Primò recenset beneficia, et quidem insignia, illis omnibus à Deo mirabiliter collata. Post miraculosum illorum ex Ægypto egressum, omnes illi sub nube, id est, sub columna fuerunt, in qua, ut dicitur Exod. 13, 21, Dominus præcedebat eos ad ostendam viam, et qua, ut dicitur Num. 9, v. 15, 16, etc., eos operiebat, ubi quiescebant; nubes

per peccata amiserunt. Patres nostri, patres Judæorum, è quibus ego sum, et multi inter vos, o Corinthii. Sub nube. Nubes hæc fuit columna per diem obumbrans Hebræos ut nubes, et per noctem lucens ut ignis, quæ eos duxit per desertum quadrangula amnis.

Et omnes mare Rubrum, sive sinum Arabicum transierunt, sicco pede, Moysè per virgam suam aquas percussente, et dividente.

VERS. 2. — *Et omnes in Moysè baptizati sunt, in nube et in mari;* Exod. 14. Nota, transitum maris Rubri typum fuisse Baptismi, in quo sanguine Christi traiectionur, et mergimus Ægyptios, scilicet peccata. Moyses typus est Christi; nubes est Spiritus sanctus, æstium conspicuente refrigerans, nosque illuminans.

VERS. 3. — *Et omnes eandem escam, etc.;* q. d.: Omnes Hebræi tam boni quam mali comederunt eandem escam, id est, idem manna.

VERS. 4. — *Et omnes eundem potum spiritalem biberunt.* Erant enim illa spiritalia, non in se, sed in rebus significatis, quarum erant figure: sicut et alia

expandebat se super castra, ut eos ab æstu solis protegeret.

ET OMNES MARE RUBRUM MIRACULOSÈ TRANSIERUNT.

VERS. 2. — *ET OMNES IN MOYSE. GRÆC., in Moysen baptizati sunt.* Hæc utitur voce, ut nostri baptismatis, et aliorum christiane religionis Sacramentorum umbram et figuram claris exprimat.

OMNES IN MOYSE, id est, Moysè duce et administro, seu per Moysen, gentis Hebræicæ ducem, et divine voluntatis inter eos ministrum et interpretem. Quodam modo baptizati sunt, scilicet typicè in hæc nube et mari, nostri baptismatis figurâ, quatenus hæc nubes eorum capitibus impendens, erat figura aquæ eorum capitibus infundenda; mare totum Judæorum corpus circumdans, figurabat baptizandi immersionem in regenerationis lacu eodem mari submersi, figurabat peccata nostra, in hoc regenerationis lacu submergenda. Omnes igitur Judæi, Moysi Dei ministro credentes, et illo præcunte, sub nube, et intra mare progredientes, quos baptizati sunt. Credibile est, ait Estius, quòd aliquibus maris guttis, et aliquo nubis rore fuerint aspersi, quo Baptismi Sacramentum evidenter significaretur.

VERS. 3. — *OMNES EANDEM ESCAM SPIRITALEM, id est, manna.* Dicitur esca spiritalis; tum quia angelorum manibus preparata; tum quia varios et miro gustus habens; tum et maxime, quia typus et figura Christi, panis vivi, qui de celo descendit; et sacramentissimæ Eucharistie, panis celestis, mirabiles gustus hic dantis, et in celo vitam æternam conferentis. Porrò eandem, intellige, inter se; seu bonos, seu malos; tum qui perierunt, quam qui servati sunt; ut patet, tum ex eo quòd de solis Hebræis hæc escam autem est; tum ex sequentibus: SED NON IN FLUVIIS FORUM... licet omnes eandem escam comederint, etc., non tamen omnes Deo placuerunt. Quod de Hebræis.

VERS. 4. — *ET OMNES EUNDEM POTUM SPIRITALEM, id est, aquam de petrâ percussâ fluentem;* quæ dicitur spiritalis, quia miraculo producta, et quia typus et figura sanguinis et aquæ, quæ de percussu Christi

multa, quæ in illo populo vel exhibebantur, vel gerantur in typum futurorum.

Biberunt autem de spiritali, consequente eos, petrâ. Petra enim quæ dedit aquam Hebræis, erat typus Christi, qui est vera petra, è qua fluxit sanguis vitæ conspicuente nostræ restinguens. Hæc autem petra comitata dicitur Israelitas, eo quòd aquæ quæ petra copiosissime fundebat, pro commoditate populi in rivis divisas; longo spatio profuerunt donec venirent ad locum, ubi esset aquarum copia. Unde, Psalm. 77, de illis aquis dicitur: *Et deduxit tanquam fluvium aquas, et torrentes inundaverunt.* Et Psalm. 104: *Dirupit petram, et fluxerunt aquæ: abierunt in sicco fluvium.*

Petra autem erat Christus. Illius petre significationem erat Christus; sive quod per petram significabatur, est Christus. Christus enim ut petra firmissima totam sustinet Ecclesiam; idemque percussus et occisus à Judæis, quorum figuram Moyses gerebat, exundavit aquas uberrimas gratiarum, quibus salubriter relictum in hujus vite deserto, quicumque tendimus ad terram promissionis spiritualem seu mysticam, id est,

latere fluxerunt. Hanc aquam divinitus datam biberunt omnes Judæi, et qui perierunt in deserto, et qui servati sunt, Josue et Caleb.

BIBEBANT AUTEM DE SPIRITUALI PETRA. Græc. *enim*. Rupes, seu petra Horeb, à Moysè percussa, dicitur spiritalis, quia non vi natura, sed divină virtute fundebat aquam; et quia typus et figura erat Christi in cruce lancea percussendi. Itaque spirituale hic idem est ac mysticum, seu mysticum habens sensum.

CONSEQUENTE EOS. Syr. *quæ cum ipsis veniebat*. Hæc rupes Judæos secuta est effectu, seu per rivus aquarum, è rupe continuè manantium, quæ castra Hebræorum aliquandiu secuta sunt in deserto; juxta quod in psalm. 77, 16, dicitur: *Deduxit tanquam flumina aquas*. Et psalm. 104: *Dirupit petram, et fluxerunt aquæ, aberunt in sicco flumina*.

PETRA AUTEM ERAT CHRISTUS, id est, figurabat Christum, è cujus percussio latere fluxit aqua, ad refectionem et potationem Ecclesie christianæ.

Observatio moralis.

Hæcque divinx in Judæos misericordiæ beneficia retulit, et quidem omnibus omnino communia; omnes prorsus boni, mali, baptizati, manna pasti, potu miraculose refocillati sunt. In his modò, juxta divi Pauli mentem, intuerè gratiarum omnibus christianis collatarum umbram et figuram. Paucis Theodoretus: illa, inquit, nostrorum typus erant: mare enim imitabatur lavacrum; nubes autem gratiam Spiritûs; Moyses verò sacerdotem; virga crucem; Israel transmittens, eos qui baptizantur; persequentes verò Ægyptii, figuram dæmonum implebant; ipse autem Pharaò, figura erat diaboli. Itaque transit per mare Rubrum, in quo Pharaò et Ægyptii submersi fuerunt, figura fuit nostri Baptismatis in sanguine Christi; in quo omnia peccata nostra submersa fuere, et nos à diaboli servitute liberati, translati sumus in regnum Christi.

Nubes sub quâ fuerunt Hebræi, et quæ ipsos precedebat, ut monstraret viam, fuit figura divinx gratiæ, per Baptismum nobis collatæ, ut nos in hujus mundi deserto ducat ad terram promissam. Nubes illa, seu potius columna, per noctem ignis erat, suâ luce tenebras dissipans, seu calore frigus et humorem expellens; per diem erat nubes refrigerans; diu, nocteque erat columna, juxta Exod. 15, 21 et 22: *Nunquam defuit columna nubis per diem, et columna ignis per noctem coram populo*. Sic gratia, quasi divinus ignis illuminat et calefacit; quasi nubes refrigerat; quasi columna sustentat et roborat. Suâ luce ignis ille divinus mentis nostre tenebras illuminat; seu calore cordis nostri teporem et frigus accendit. Nubes illa patriam celestem; q. d. Paulus: Christi divinitatis virtute, quæ erat petra spiritalis significata per petram dantem Hebræis aquam, quæque Hebræos semper comes per desertum sequelatur, data est Hebræis aqua de petra illa materiali. Ita S. Chrysostom., Ambros., Anselm. Hanc aquam typicam miraculose eis dabat, ut Christum eam dantem agnoscerent et colerent: quod tamen, ut sequitur, plerimi eorum non fecerunt.

celestis ardorem et æstum concupiscentiæ refrigerat. Hæc divina columna lassos sustentat, debiles et infirmos roborat. Nunquam deest nobis ignis, nubes, columna.

Manna, sacratissime Eucharistiæ, animam variis gustibus recreantis, et in æternum vivificantis figura fuit. Quatuordecim analogias inter utramque referit Cornelius à Lapide. Petra Horeb figura Christi, lapis angularis, et Ecclesie fundamenti. Percussio petra, figura percussiois lateralis. Aqua saliens è petra, figura aquæ è Christi latere fluentis. Petra Horeb, per aquarum rivus ex se manantes, secuta est Judæos in deserto, tanquam itineris comes. Christus per Sacramenta sanguinis et aquæ, tanquam gratiæ rivulus à corde suo manantes, et per Spiritum suum, nobiscum est usque ad consummationem sæculi: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, etc.*

Adsumt ergo divinx misericordiæ beneficia, nobis omnibus collata, sicut et illorum figuræ omnibus omnino Judæis erant communes. Omnes baptizati sumus in Christi sanguine, omnes divinam gratiam recipimus in Baptismo; omnes panem vitæ comedimus in Eucharistiâ; omnes aquas de fontibus Salvatoris hausimus, et haurimus per hæc et alia Sacramenta. Omnes itaque gratias à Deo recipimus, et quidem beneficiis populo Judaico collatis, eò majores, quò illorum beneficia, gratiarum nostrarum fuerunt tantum umbra. Sed heu! ne propterea nobis blandiamur; quin imò magis metumamus, nisi grati, humiles, devoti, et Deo obsequentes fuerimus. Videte patres nostros, memores estote eorum quæ eis acciderunt.

VERS. 5. — SED NON IN PLURIBUS EORUM... Quamvis omnes, nullo excepto, fuerint baptizati, divinitus nutriti et potati; non omnes tamen, sed ex illis duo tantum in terram promissam fuerunt ingressi. Omnes adulti, exceptis Josue et Caleb, mortui sunt in deserto. Hoc paucis Apostolus.

In pluribus, id est, quamplurimis, plerisque non est beneficium Deo. Græc. *ἐδίδωκεν*. Plerosque eorum Deus non approbavit, gratos non habuit, scilicet ob idololatriam, murmuraciones, et alia scelera, propter quæ puniti corruerunt in deserto.

Observatio moralis.

Quis hæc attentè legens, de se presumat? Quis è contra non contemiscat, et eò magis, quò Judicæ ingratitudinis complementum apparet expressis in christianis.

OMNES BAPTIZATI QUIDEM: sed heu! quam pauci, quam paucissimi verè christiani! verè Christo credentes, verè Christum imitantes, verè adimpletes quæ Deo, coram angelis, in baptismo promiserunt?

VERS. 5. — Sed non in pluribus eorum beneficium est Deo; q. d.: Licet omnes idem manna conderint, eandem aquam de petra biberint, tamen non omnes plauerunt Deo. Ita Chrysost. Theophyl. Hebraisimus, id est, plerimi eorum Deo non plauerunt: imò vehementer displicuerunt; utique propter incredulitatem, murmuraciones, et alia peccata, quibus iram Dei adversum se provocaverunt.

Nam prostrati sunt in deserto. Sic, Hebr. 5, de iisdem: *Quorum cadavera prostrata sunt in deserto.*

OMNES SUB NUBE... Spiritum sanctum, gratiam in baptismo receperunt: sed quis servavit? quis illius lumen sequitur? quis ejus motioni obtemperat? quis ejus auxilio et sustentaculo fretus, ambulat in charitate, de virtute in virtutem usque ad montem Dei? Omnes panem vitæ comedunt: sed quàm multi indignè? hinc tot infirmi et mortui. Omnes de fontibus Salvatoris hauriunt aquas; alia Sacramenta percipiunt, sed non quâ par est devotione: hinc mortem hauriunt sæpè, unde vitam haurire debent. Inde quid nobis timendum? ne nobis eveniat quod contigit Judæis? ex infinitâ multitudine, duo tantum promissam terram ingressi sunt; ne de nobis fiat quòd prædixit Christus: *Multi vocati, pauci verò electi*? ne ex quamplurimis currentibus, unus tantum, id est, paucissimi beatitudinis æternæ brachium assequantur; ceteri omnes, ob inertiam, ob ingratitudinem reprobat, supplicis addicuntur æternis?

Prostratio Judæorum in deserto, figura est æternæ christianorum prostrationis in inferno. Mors illorum temporalis, æternæ christianorum mortis est imago. Ab eo cui plus datum est, plus exigitur; et qui in majoribus fuit ingratus, graviora meretur supplicia. tot autem et tantis à Deo affecti sumus gratis, ut beneficia Judæis collata, licet insignia et portentosa, ad illas tamen comparata, figuræ tantum sint et umbra. In tantis et tanta est ingratitudo nostra, ut Judæorum ingratitudo, infidelitatis nostræ sit tantum umbra et figura. Ingratitudinis ergo Judaicæ punitio nostræ punitiois umbra tantum est et figura, typus, rudis delineatio. Hæc omnia seriò perpende, et time, et cum tremore salutem tuam, Deo fidelis, operare.

VERS. 6. — HÆC AUTEM IN FIGURA FACTA SUNT NOSTRI. Græc. *hæc autem typi*, seu figuræ nostri facta sunt; quasi diceret: Hæc omnia quæ dixi, typi, seu rudis delineatio sunt eorum quæ circa nos faciendæ sunt. Sicut beneficia Judæis collata figura tantum et rudis delineatio sunt gratiarum nobis à Christo collatarum, ut dictum est v. precedenti. Sicut ingratitudo Judæorum, ingratitudinis nostræ figura tantum est et umbra, ut ibid., sic temporalis Judæorum punitio, æternæ christianorum punitiois est figura. Vide ibidem. Quantò culpa gravior, tantò pena grandior. Sicut in bonis longè melius est quòd figuratur, quàm ipsa figura; ut regnum colorum, quàm terra promissionis: ita in malis longè pejus est quòd figuratur,

Omnes enim Hebræi, qui duce Moysè egressi sunt ex Ægypto, ob peccata sua, præsertim murmuracionem, mortui sunt in deserto, demptis Josue et Caleb, qui soli cum novâ mortuorum sobole ingressi sunt terram promissam. Num. 14.

VERS. 6. — Hæc autem in figurâ facta sunt nostri. Figura hic tam exemplum, quàm typum significat. Voluit enim Deus Hebræos statuerè Christianis in exemplum, ut ex ipsorum punitioe discerent Deum revereri, illique obedire.

Ut non simus concupiscentes malorum sicut et illi (patres nostri, scilicet israeli Hebræi) concupierunt delicias carnum, in loco qui inde dictus est *Synpula concupiscentiæ*, è quòd Hebræi ibidem ob hanc carnium concupiscentiam cæsi sint à Deo. Num. 11.

quàm figura significans. Secundùm Augustinum illa supplicia quæ sustinuerunt, figura fuerunt gehennæ, quæ omni pœnâ major est. D. Thomas hic. Corinthiis itaque et omnibus Christianis indicat his verbis Apostolus, nos non modò cruciatum iri, sed acerbioribus esse, quàm Judæos, pœnis afficiendos. Omnia quippe in figurâ contigebant illis; et beneficia, et supplicia figure tantum erant, umbra, pictura, gratiarum et peccatorum apud nos futurarum realiter et verè, si peccatis similibus Deum offendamus.

UT NON SIMUS CONCUPISCENTES MALORUM. Nos itaque illorum punitio monet, ut nostris non obediamus concupiscentiis; seu ne necessariis non contenti, per gulam peccemus sicut illi. Sic præcipua Judæorum vitia tangit, ob quæ puniti corruerunt in deserto; ut ea Corinthiis applicet ad illorum emendationem. Primò itaque respiciens ad id quòd Num. 11, v. 4, 55 et 54 refertur de Judæis, qui manna non contenti, dixerunt: *Quis dabit nobis carnes ad vescendum?* etc.; ob quam concupiscentiam ita puniti fuerunt, ut vocatus sit locus ille *Synpula concupiscentiæ*; hocque gulosi et epulatores Corinthiis applicans, ait: Ista eorum punitio nos admonet, ne necessariis non contenti, sicut et illi, escaꝝ concupiscentiam illicitas, aut saltem illicitè, scilicet cum scandalo, ut docet Corinthii. Potest etiam aliquid in se licitum, illicitè appeti, si vehementer, ardentè et gulosè.

VERS. 7. — NEQUE IDOLOLATRÆ EFFICIAMUS... Secundò respiciens ad id quòd Exod. 52 refertur de populo Israelitico, qui Moysè absente, vitulum aureum conflavit, adoravit, hostiisque oblati, sedit ad manducandum carnes immolatas; deinde surrexit ad saltandum et ludendum circa vitulum, ob quæ plerimi fuerunt occisi; hocque Corinthiis in idolo accumbentibus applicans, ait: Hæc punitio monet nos, ut non simus idolorum cultores, nec quid faciámus ad idoli cultum pertinens, aut saltem ad adducens. Tale est idololatria comederet, quod saltem gradus est ad idoli cultum; quasi diceret: Videte ne in idolo accumbatis, sicut illi sederunt comesturi idololatria; et ne fortè circa idola satelli, ludatis sicut et illi.

VERS. 8. — NEQUE FORNICEMUR SICUTUM. Tertio respiciens ad Num. 25, ubi populus fornicatus est cum filiabus Moab, ob quod viginti tria millia occisi sunt; hocque fornicatoribus Corinthiis applicans, ait: *Neque fornicemur.* Et ceciderunt USA DIE VIGINTI TRIA MILLIA. In lib. Num. 25, v. 9, occisi sunt viginti qua-

VERS. 7. — Neque idololatræ efficiamini, etc. Exod. 52. Nam ceciderunt et ibid. et ibid. epulo constructo ex hostiis pacificis quæ aureo vituli simulacro obtulerant. Unde et surrexerunt ludere, saltando nimirum et choros agendo: hos enim paulò post descendens è monte vidit Moyses. Exod. 52.

VERS. 8. — Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, cum scilicet Hebræi colatrum Beelzebub, id est, Priapum, et in ejus gratiam et cultum fornicati sunt cum filiabus Moab. Num. 25.

Et ceciderunt una die viginti tria millia. Chrysost., Anselm., Cajet. referunt hoc ad plagam ob fornicationem cum filiabus Moab, de quâ jam dixi, quæ recensetur Num. 25, sed ibi dicitur cæsi viginti quatuor millia; hic autem sunt tantum viginti tria millia. Cajet.

tuor millia. Hoc variis modis conciliat Estius: approbat tamen magis id errore scribæ factum esse, cum Oecumenius aliquando legerit in Septuaginta eundem numerum, ac in D. Paulo legitur.

VERS. 9.—*NEQUE TENTEMUS CHRISTUM...* Sæpissimè Hebræi Deum tentaverunt in deserto, at præcipue respicit Paulus ad Num. 21, ubi populus, pertasus itineris et laboris, loentis est contra Dominum et Moysen; diffidens nempe de Dei promissis. Ob quod ab ignitis serpentibus interfecti sunt. Serpentes illi dicuntur igniti, quia sua morsu calorem et sitim mortiferam causabant. Hocque Corinthiis, de Dei promissis diffidentibus, et de resurrectione dubitantibus, ut videtur est c. 15, 12, Deum etiam in idolo tentantibus, ut hujus capituli v. 22, applicans, ait:

NON TENTEMUS CHRISTUM, SICUT QUIDAM EX ISPIS CHRISTUM, UT DEUM, EORUMQUE DACEM TOTIES TENTAVERUNT. Vide apud Estium veterem traditionem, cui favet hic locus, scilicet quod angelus, Israelitarum ductor, Christi personam gesserit.

VERS. 10.—*NEQUE MURMURAVÉRITIS...* Denique respiciens ad Num. 11, 14 et 16, hocque applicans Corinthiis, qui adversus præfectos mussitabant, et factiones suscitabant, ait: *NEQUE MURMURAVÉRITIS...* Exterminator dicitur angelus, cujus ministerio exterminati sunt Core, Dathan et Abiron et alii, etc.; Num. 16.

VERS. 11.—*HEC AUTEM OMNIA IN FIGURA...* Rursus admonet hæc, quæ Judæis acciderunt, esse nobis contingendum præmittit, eaque nobis erudiendis et corrigendis esse conscripta.

SCRIPTA SUNT AD CORRECTIONEM. SYR., *ad eruditionem nostram*, id est, ad nos commoneos, in quos seculorum fines devenerunt. Ut nos christiani, qui ad ultima mundi ætate vivimus, alieno sapiamus, exemplo.

Observatio moralis.

Attende quod Hebræorum punitio, christianorum sit admonitio, eruditio. Deus Hebræos punitit ad tantis respondet errore scribarum poni viginti tria pro viginti quatuor. Alii respondent Apostolum dicere verum, quia major numerus, scilicet viginti quatuor, includit minorem, scilicet viginti tria, sed planius et apertius dicens Apostolum respicere ad Exod. 32, v. 28, ubi ob adoratum vitulum cæsa dicuntur viginti tria millia: ut habent Biblia Romana. Hanc ergo poenam non refert Paulus ad fornicatores proxime præcedentes, sed remouit more Hebræorum ad idololatrias, de quibus egi v. 7; nam oblitus poenam tanto scelere illatam exponere, quasi postliminio illam tradidit: sic enim in sequentibus sceleribus poenam semper subnectit, etc.

VERS. 9.—*Neque tentemus Christum*, quasi diffidentes ejus promissis, ut aliqui Corinthiorum dubitabant de resurrectione, ut patet c. 15, ideoque signa petimus, 2 Petri, 5.

Sicut quidam eorum tentaverunt. Citat Num. 21, ubi dicitur: *Et tædere cepit populum itineris et laboris, locutusque contra Dominum et Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto ut moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra jam nansæat super cibo isto leivissimo.* Ubi nota contra Dominum. Illic

exemplum nostrum; ut eorum poenâ sapiamus, vitâ fugiamus, vitam emendemus. Sed attende quod Hebræorum poenæ, nostrarum sint figuræ tantum et umbra, rudia quasi lineamenta; sicut eos donorum magnitudine excedimus, sic poenâ atrocioribus afficiemur; illorum poenæ temporariæ, nostræ erunt æternæ: hinc de fine seculorum nos monet Apostolus, ubi terribilis expectatio judicii. Attende denique quod secundò monet Apostolus, *omnia in figurâ continebant illis.* Deus qui, juxta Tertullianum, Adamum ipsum formans, Christum cogitabat, omnia veteris legis ordinans, Christum et christianismum ante oculos habebat. Omnia erant figuræ, præfigurationes, rudia lineamenta Christi, aut Ecclesiæ christiæ: hinc discere, Scripturam legens, veritatem in figuris intueri, novum Testamentum in veteri considerare: in veteri omnia umbra, pictura, figuræ nostræ; aut enim Christum respiciunt, aut christianismum erudiunt. Sed ne longius extra mentem Apostoli nobis hic expressam excurras.

In Israele carnali, de Ægypto exeunte, et per mare Rubrum transeunte, spiritualem Israelæm, fideles Abraham filios intueri, per baptismum in Christi sanguine, exeuntes de mundo. In Israelitici populi itinere per desertum ad terram promissam, itinere nostram, per hujus vitæ desertum, professionem ad hereditatem nobis promissam in cælis. In Moysæ eorum duce, intueri Christum, nostrum ducentem et legislatorem; in nube, gratiam sancti Spiritus; in manna, sacratissimam Eucharistiam; in aquâ spiritali seu miraculosa, Ecclesiæ Sacramenta, Salvatoris fontes nos consequentes. Peccavi variis modis Israel; fuge peccatum. Ob peccata sua puniti sunt Hebræi, plerique prostrati sunt in deserto: time supplicium; si peccaveris, eò grandius erit et atrocius, quò peccatum tuum enormius; utpote qui majoribus præstens es grâtiis; et qui monitus, alieno debuisti sapere exemplo. Eorum temporaria prostratio, tue prostrationis æternæ præfiguratio. Omnes illi in deserto prostrati, innumeris Dei beneficiis præventi fuerant;

enim Dominum Paulus explicat hic esse Christum; ergo Christus est Dominus Deus.

Et à serpentibus perierunt, scilicet morsibus eorum interfecti. Scriptura serpentes ignitos, id est, mentes vocat, Num. 21, quia sua morsu et afflatu calidissimo tantum calorem inducebant, ut qui ab eis erant mori sibi iri viderentur.

VERS. 10.—*Neque murmuraveritis* (vel contra Deum, vel potius contra homines vobis præfectos), *sicut quidam eorum murmuraverunt*, etc. Angelo scilicet, per quem Deus poenas Hebræis murmurationibus inflixit, ut Core cum suis à terrâ vivus abscideretur, alia quatuordecim millia et septingente igne perirent, Numer. 16. Hic angelus videtur fuisse Michael dux populi, et legis in Sinâ dator et vindex, Exod. 23, typusque Christi.

VERS. 11.—*Hæc autem omnia in figurâ continebant illis.* Hæc omnia, nimirum quæ jam dixi. Figura hic non tam sensum allegoricum vel mysticum significat, quam exemplum. Quasi dicat: Deus punitit Hebræos in figurâ nostrâ, hoc est, ad exemplum nostrorum, ut eorum poenâ sapiamus.

Scripta sunt autem ad correctionem nostram. Sensus: Ut his lectis vel auditis, admoniti sapiamus, ne simili-

isidem ac illi, qui servati sunt, gratis affecti. Hinc discere, ob Dei gratias non efferi. Discere quòd si, ut populus ille, concupiscentibus tuis obedieris, si gulosus et carnalis, si tui nimis amator et idololatra, si impudicus, si Deo non subditus, fidelis et obtemperans, si adversus præpositos rebellis, etc., tibi nec prodeunt Baptismus in Christi sanguine, nec communicatio cum Christo, etc. Ex sexcentis millibus, duo tantum Josue et Caleb, promissam terram sunt ingressi. Hæcque propter eruditionem tuam scripta sunt. His ergo eruditus, attende tibi, vigila, ora, treme, et multo cum tremore salutem tuam operare.

VERS. 12.—*ITAQUE QUI SE EXISTIMAT STARE...* Recta ex precedentibus conclusio. Cum, ut patet ex dictis, tanta sit salutis difficultas, tantum lapsus in hæc vitâ periculum. Qui putat stare, attendat sibi, et caveat ne cadat: steterunt Hebræi, et ceciderunt tamen; alieno sapiens exemplo, time, cave, attende, ne cadas. Hæc conclusio respondet ei, quod dictum est initio capituli: *Quidni timeam? quidni timeatis, ne reprobi famus? Diffidentia sui stabilit in bono; confidentia precipitat ad lapsum.*

VERS. 13.—*TENTATIO VOS NON APPREHENDAT...* Græc., *non apprehendit.* Syr., *non invasi.* NISI HUMANA, id est, vulgaris, modica, communis, et frequens inter homines. Juxta nostram Vulgatam, Apostoli votum est, et quidem precedentibus conforme; scilicet ob supra dictam salutis difficultatem, et ob lapsus periculum, opto, Deumque precor, ut tentatio vos non invadat, nisi levis, modica, vulgaris, et quæ faciliè vinci potest: ne si gravior, vos superet, et ad consentiendum inducat; sicque ei succumbentes, cadatis. Vel consilium est, quo cautiores eos, et sibi ipsis attentiores reddat; quasi diceret: Ne sinatis à subrepente tentatione vos apprehendi et vinceri; nisi fortè de his levibus peccatis, à quibus nullus homo liber est. Juxta Græcum, quem sequitur Syrus, monitio est humiliantis, fastumque reprimentis; quasi ter peccantes similia patiamur.

In quos fines seculorum devenerunt. Ultimam quippe mundi ætatem significat, quæ ab adventu Christi protenditur usque ad seculi consummationem. Loquitur enim Apostolus non tantum in personam fideliem sui temporis, sed et eorum qui post futuri erant usque ad finem sæculi.

VERS. 12.—*Itaque qui se existimat stare, etc.* Scilicet alieno cautus exemplo. Præcipue notat eos qui scientiæ nomine sibi placentes, cum destructione proximorum et idololatriæ periculo, cibos idolis immolatos comederant. Observa Paulum non dicere qui stat, sed, qui se existimat stare, qui sibi videtur stare. Multi namque sibi stare videntur, qui non stant. Fallunt enim semelipsum, aut certe falluntur. Quales utique erant, quos inflabat scientiæ, charitatis destitutos sedificantem. Qui stat, videtur ne cadat: nemo est tantâ firmitate suffultus, ut de stabilitate sua debeat esse securus, inquit S. Leo, serm. 3 de Quadragesimâ.

VERS. 13.—*Tentatio vos non apprehendat, nisi humana;* q. d.: Esto, 6 Corinthiis, tentemini et sollicitemini ad schismata, ad litigia, ad luxum et venerem, ad idola et idololatriam; constantes tamen esto: quia hæc tentationes, quæ vos apprehendunt et occupant, communes sunt et humanæ, quas faciliè, si velitis, vincetis.

Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari

diceret: Ne quidquam de vobis presumat; modica tantum et levis hincque passi estis, sicut ad Hebr. 12, 4, dixit: *Nondum ad sanguinem usque restitistis.* Ita D. Chrysostomus et ejus sequaces.

FIDELIS AUTEM DEUS EST... Ne nimis ob superbiis dicta deiciatur, eorum animos spe in Deum erigit. *Fidelis est Deus in promissis suis.* Cum ergo multis in locis promiserit, se suis auxiliaturum, et post tentationem coronam eius gloriæ se daturum. Jacob. 1: *Confidite, non sicut vos supra vires vestras tentari: sed vos per suam gratiam roborando, faciet ut tentatio felicem habeat exitum.* *Exaltatus* significat exitum, evasionem gloriosam, qualis est evasio militis, qui victor evadit è prelio.

UT POSSITIS SUSTINERE. Ita ut possitis sustinere, imò et vincere; non modo nullum ex tentatione detrimentum accipietis, sed et multum lucrum reportabitis. Nota juxta hæc ultima verba, quòd de se ipso diffidere, suam timere fragilitatem, vigilare, sibi que attendere, sunt christiæ quidem fortitudinis initiale fundamentum: at in Domino confidere, in solo ejus auxilio inniti, totumque ab eo solo sperare, nostræ fortitudinis est consummatio, et stabile fragilitatis humane firmitatem. Nota secundum priora verba, quòd nullo modo peccare, angelicum est; per ignorantiam et infirmitatem peccare, humanum: scienter et voluntariè, diabolum. Homines quidem fragiles et ignari nunc sumus, at æquales angelis aliquando futuri; scilicet in resurrectione. Quoadque autem ad angelorum perveniamus sanctitatem, diabolicam saltem cavemus militiam; omne quidem horreum peccatum, ad præsentim diabolum; et ex malitiâ: *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana*, nunquam diabolica.

VERS. 14.—*PROPTER QUOD, CHARISSIMI...* In superioribus Corinthios exterruit Apostolus; indicat hic ad quid eos exterruerit, nimirum ut ab idololatriâ averteret, de quibus à cap. 8 principaliter agit.

supra id quod potestis. Si non patitur Deus nos tentari supra vires, ergo multo minus, imò nullo modo impellit nos Deus ad peccata, ut vult Calvinus. *Deus, ait August., impossibilita non jubet* (cum jubet ut cuius tentationi resistamus, sed jubendo monet et facere quod possis, et petere quod non possis, et adiuvare ut possis). Deus est fidelis, id est, verus in promissionibus, qui se protectorem suorum electorum promittit, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis ferre; quia vel cadere non sinit, vel à casu erigit.

Sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Sensus est: Is qui vos permittit tentari, faciet ut bonum exitum habeat tentatio: hoc est, ut eam superetis, ac victoriam inde reportetis. *Ut possitis sustinere*, id est, ita sustinere, ut supersint adhuc vires ad plus aliquid sustinendum: itaque tale tantumque auxilium Deus confert, ut cum magno excessu possit quis tentationem superare.

VERS. 14.—*Propter quod charissimi mihi, etc.* Unde per propter quod, significat se omnia præcedentia dixisse, ad hoc, ut absterreat eos ab idololatriâ et idololohyis. Unde non dicit, ne colatis idola; sed, *fugite ab idololatriâ*, id est, ab idololorum cultu. *Christianus enim idololohyba una cum idololatriâ comedit, etsi non propriè colat idolum, tamen ab idoli cultu non satis recedat.* Nam ens ille idololohyti, participatio quædam erat cultus idololatriæ.

PROPTER QUOD, id est, propter ea quae hactenus de Israelitis dixi vobis, o charissimis mei. Seu quapropter, hoc ut sit, ut vos adjuvet Deus, FUGITE, procul estote animo et corpore AB IDOLATRIA, id est, ab idololatriis, seu immolarum carnum comestione, quae quaedam est idololatria; quia, ut dicit v. 20, participatio est sacrificiorum demonum oblatorum.

VERS. 15. — UT PRUDENTIBUS LOQUOR... Quia idololatriam comedere, vocavit idololatriam, ne quempiam hæc dictione exasperaverit. lenit orationem, prudentes et sapientes eos vocans. Quia tamen dictum non modo non retractat, sed et probare fusius intendit; prius benevolam eorum attentionem sibi conciliat, non tantum illos laudans ut prudentes et sapientes: sed et ipsos, santes et noxios, constituens iudices à se dicendum; quasi diceret: Quia cum viris prudentibus et sapientibus mihi res est, hinc non alios exopto iudices de iis quae dicturus sum: itaque vos ipsi iudicate, num bene probem idololatriam cultum idololorum esse, et ideo vobis fugiendum esse ab illis.

VERS. 16. — CALIX BENEDICTIONIS... Primò, ex ipsa religione christianâ probat assertum suum, scilicet immolarum comestione, cum sit participatio sacrificiorum demonum oblatorum, idololatriam esse.

CALIX BENEDICTIONIS, id est, cui Christus in cœnâ benedixit; cui sacerdotes in missâ benedicunt; cuius haustu benedictio creditur infunditur; D. Anselmus.

NONNE COMMUNICATIO SANGUINIS CHRISTI EST? faciens nos unum cum ipso; D. Thomas. Id est, non ne calicem Domini benedictum et consecratum bibentes communicamus Domino? unumur Domino? Ita sanè; quia ut Theophylactus, post S. Chrysostomum, ait, quod in

VERS. 15. — Ut prudentibus loquor, scilicet id quod sequitur. Ac si dicat: Cum prudentibus et intelligentibus mihi sermo est.

Vos ipsi iudicate quod dico. Sensus: Id quod volo dicere tale est, ut vos ipsi, tanquam prudentes, facili de eo iudicare possitis.

VERS. 16. — Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Calix benedictionis quem benedicimus. Benedixit autem Christus panem et calicem, hoc est, Dei benedictionem et omnipotentiam super panem et vinum invocavit, ut presertim esset, et jam, et in futuris omnibus consecrationibus, ad panem convertendum in corpus, et vinum calicis in sanguinem Christi, quando legitime pronuntiantur verba consecrationis. Similis fuit benedictio panem, Luc. 9. Non ergo benedictio hæc fuit consecratio, licet id velit D. Thomas, 3 part., quest. 78, artic. 1, sed previa oratio. Ita Trident., sess. 15, cap. 1. Unde in liturgiâ S. Jacobi, Basilii, et nostrâ, Christi exemplo petimus, ut Deus benedicat hæc dona, ut divina virtus in panem et calicem descendat ad perficiendam consecrationem: et hinc dicitur calix benedictionis, id est, à Christo benedictus. Nonne communicatio sanguinis Christi est? Ergo, non typus sanguinis, ut vult Calvius: sed ipsissimus sanguis Christi est, et nobis communicatur in calice Eucharistiae. Non dixit, inquit Theophylactus, participatio, sed communicatio; ut aliquid excellentius indicet, puta summam unionem. Quod autem dicit Injussimodum est, hoc quod in calice est, illud est, quod effluit de latere Christi, et ex eo accipientes communicant, id est, unumur Christo. Non videt itaque vos, o Corinthii, ad idololorum calicem recurrere, à calice hoc, qui vos ab idolis

calice est, illud est quod ex Christi latere fluxit; et ex eo accipientes, communicamus, id est, unumur Christo. Id quod est in calice, est id quod fluxit ex latere, et illius sumus participes; D. Chrysostomus. Subintellige: Ergo similiter calix maledictus idololorum, est communicatio cum idolis et demonibus. Sicut participans calicem Domini, fit unum cum ipso; sic participans calicem demoniorum, fit unum cum eis. Demonis unitas est maximè fugienda: ergo et participati idololatorum in eorum veneratione; D. Thomas.

ET PANIS QUEM FRANGIMUS... id est, quem consecramus, offerimus Deo, et oblatum frangimus, et populo fidei distribuimus; NONNE COMMUNICATIO CORPORIS DOMINI EST? faciens nos unum cum Christo, quia sub specie panis sumitur corpus Christi, ait D. Thomas. Notat hæc P. Cornelius ex Stukio, licet heterodoxo, quod Orientales habebant panes latos et subtiles, instar placentæ, quos manibus facili frangebant, ita ut cultro opus non haberent: hinc frangere panem.

VERS. 17. — QUONIAM UNUS PANIS... Syt., quemadmodum igitur unus est panis ille; ita et nos omnes unum sumus corpus: siquidem nos omnes ex uno illo pane accipimus. Ita sanè communicatio est, et ita realis et vera, ut quemadmodum unus est panis ille, quem sumimus, et est Christi corpus; sic et nos omnes, unus panis, unum Christi corpus sumus, quia ex uno pane comedimus, qui est corpus Christi. Quid dico communicationem? sumus illud ipsum corpus: quid est enim panis? corpus Christi; quid autem sumunt? corpus Christi, non corpora multa, sed unum corpus; D. Chrysostomus. Sicut ex multis granis fit unus panis; ita ex multis idelibus fit unus liberavit. Nos in Eucharistiâ Deum ipsum tangere et manducare, et ab eo omnia bona percipere clarissimè asseverat Chrysostomus in morali, hom. 24, dicens: Hæc mensa animæ nostræ vis est, nervi mentis, fiducia vinculum, fundamentum, spes, salus, lux, vita nostra. Si hinc hoc sacrificio munus migrabimus, maxime cum fiducia sanctum ascendemus vestibulum, et quid futura commemorato? Nam dum in hæc vitia sumus, ut terra nobis sit coelum, facit hoc mysterium: sicut enim in celis, ita in terrâ regnum corpus tibi videndum proponitur, et, neque enim conspicias tantum, sed tangis et comedis, etc.

Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Sensus est: Communicatio, vel essus panis, quem frangimus, communicat nobis ipsum Christi corpus, ut illud revera singuli in Eucharistiâ participemus. Corpus Domini panem Apostolus vocat, tum quia ex pane factum est: quia ratione homo pulvis seu terra vocatur, Genes. 3, tum potissimè quia speciem panis totamque ejus operationem retinet. Adde, non dici nudè panem, sed panem quem frangimus, id est, eucharisticum, sive transsubstantiatum, qui est corpus Christi, panis tamen specie et operationem retinet. Ita omnes Patres et doctores orthodoxi. Hinc frangere panem, est verbum ecclesiasticum et sacramentale. Unde Paulus hic eucharisticè vocat panem quem frangimus, scilicet in Sacramento species corporis Christi frangentes, et comedentes; et in sacrificio illas offerentes, sumentes, et consuementes.

VERS. 17. — Quoniam unus panis, etc., de quo sic exclamat S. Augustinus: O sacramentum pietatis, o signum unitatis, o vinculum charitatis! Aquinas verò

panis sacer et vivus, scilicet unum Christi corpus mysticum, quod est Ecclesia.

VERS. 18. — VIDETE ISRAEL SECUNDUM CARNEM... Secundo, hoc ipsum probat ex religione Judaicâ; nimirum, quod qui de victimis comedit, participat de sacrificio; et consequenter idololatriam idololatriam esse, quia participatio sacrilegi sacrificii. Videte populum ex Israele secundum carnem progenitum: sic vocat Judæos, ad christianorum distinctionem, qui sunt spirituales Israelite, et per fidem Abrahe filii. Nomen omnes apud illos, qui de immolatis victimis comedunt, oblati sacrificii sunt participes? Hinc ergo et contra vosmetipsos, o Corinthii, concludite, quod qui de idololatriis comedunt, sacrilegi sacrificii sunt participes, sicutque idololatre: quia victimæ consumptio, est sacrificii consummatio. Hoc eis reliquit concludendum, quia perspicuum, et quia ipsos v. 15 dicendumur à se constituit iudices.

Ratiocinatio D. Pauli, in his versibus probantis idololatorum comestione esse idololatriam, hæc est: Omnis cum demonibus communicatio est idololatria: idololatorum comestio est cum demonibus communicatio: ergo idololatria. Probatur minor. In omni prorsus religione, comestio victimarum est communicatio, et cum eo cui oblata est victimæ, et cum eo qui eam obtulit. Patet in christianismo, ubi potio calicis sacri est communicatio sanguinis Christi; et ubi comestio panis consecrati, est communicatio et unio cum corpore Christi; imò et cum omnibus illud comedentibus, quippe qui omnes sunt unus panis, unumque Christi corpus hæc comestione. Patet in Judaismo, ubi participatio, seu comestio de hostiis oblati, est participatio cum altari, et cum sacrificio oblato, et cum offerentibus. Ergo pariter idololatorum comestio, id est, comestio victimarum demonum oblatorum, est communicatio cum demonibus, et communicatio cum iis qui colunt et adorant demones: ergo est idololatria.

Observatio dogmatica.

In hæc Apostoli ratiocinatione nota 1^a eucharisticum sacrificium divo Paulo ita certum esse et incontestatum, ut illud assumat tanquam argumentationis sue principium ab omnibus notum. 2^a Quod omnia divi Pauli verba supponunt et indicant realem sanguinis et corporis Christi præsentiam, comestione et communicationem. Communicatio sanguinis, v. 16; communicatio corporis, ibidem: 3^a Quod ipsa mens D. Pauli hanc realem corporis Christi comestione et sanguinis potationem supponit, sicut supponit realem apud Judæos et apud ethnicos victimarum comestione; alias ruit totum Apostoli argumentum. Illius enim scopus

subtiliter ac sublimiter in his Apostoli verbis dupliciter observat unitatem: primam incorporationis, quâ in Christum transformatur, cum dicit, unus panis: alteram vitæ et sensus, quâ à Christo capite accipimus, cum addit, unus corpus. Sic ergo ratiocinatur: Nos Christiani quicumque de uno pane, id est, corpore Domini, et de uno calice, id est, sanguine Domini, communicamus, hoc ipso cum Christo Domino et inter nos societatem sanctæ religionis habe-

est probare eos qui de victimis demonum consecratis comedunt, realiter cum demonibus communicare; sicut apud christianos, qui calicem sacrum bibunt, et panem consecratum manducant, realiter communicant corpori et sanguini Christi: et sicut apud Judæos, qui de hostiis comedunt, participat realiter altari et sacrificio, et omni Judaico cultui. Si autem tollatur realis communicatio corporis et sanguinis Christi, ut figurativa substituitur; tunc nulla paritas erit, et nullum argumentum. 4^a Hæc divi Pauli verba, hæcque ejus mentem de reali communicatione corporis et sanguinis Domini, intellexere sancti Patres. Audi S. Chrysostomum: Calix benedictionis... Valde fideliter dixit et terribiliter; hoc est autem quod dicit: Id quod est in calice est id quod fluxit ex latere, et illius sumus participes. Panis quem frangimus... Quod non passus est in cruce, hoc in oblatione patitur propter te, et patitur frangi, ut omnes impleat; S. Chrysostomus. Item D. Chrysostomus hic ardentem in nos Christi charitatem miratur, quæ omnium hominum superat magnificentiam: hi enim in pecuniis, in possessionibus et vestibus suam ostendunt liberalitatem: in sanguine autem nullus unquam: Christus autem suum corpus dat et sanguinem. Ipsiis nunc verbis utor: ipsum mutavit sacrificium, et pro cæde brutorum se ipsum jussit offerri. Paulo supra dixerat: Si sanguinem cupis, non aram idolorum brutorum cædes, sed meum altare meo cruenta sanguine. In morali fusiis explicat quale sit Christi corpus in Eucharistiâ, scilicet idem quod in præsepi reverit sint Magi, etc., quod in cruce fuit affluxum, etc., quod sol videns crucifixum, radios avertit, etc. Sed, inquires, oratoris hæc dicit Chrysostomus.

Insulsum est hoc effugium; 1^a quia dogmaticè loquitur, et ut doctor, ubi litteram interpretatur in Commentario; 2^a in morali fusiis quidem explicat, sed ut orator christianus et verax: esset autem mendax, si diceret panem esse corpus in præsepi adoratum, à Judæis crucifixum, etc., et vinum esse sanguinem pro nobis effusum.

Observatio dogmatica et moralis.

Ab ipso Apostolo discamus hic quid sit Eucharistia, et quo animo ad eam accedere debeamus. Communicatio est corporis Domini pro nobis crucifixi; communicatio est sanguinis Christi pro nobis effusi; consummatio est et applicatio sacrificii in cruce peracti. Christus, Agnus Dei, in cruce pro nobis omnibus immolatus est. Sacratissima autem Eucharistia, hujus Agni comestio, singulis christianis applicatio, participatio, communicatio est corporis pro nobis immolati, et sanguinis pro nobis effusi. Christus in cruce fons

mans atque foveus; adeoque unum inter nos et cum illo tanquam capite, mysticum corpus effluunt: ergo fideles una cum infidelibus ex immolatis idololorum edentes, societatem impiiæ religionis cum eis ineunt, atque idololatriæ participes efficiuntur: imò, sicut infra dicit, ipsorum demoniorum socii fiunt.

VERS. 18. — Videte Israel secundum carnem, etc.; q. d.: Eodem modo qui comedunt de pane eucharistico participes sunt sacrificii eucharistici, et qui co-

est immensus et inexhaustus meritorum et gratiarum. Sanctissima Eucharistia, Salvatoris comestio, hoc meritorium pelagus applicat unicuique fideli, et applicat usque ad finem mundi, pro uniuscuiusque modo. Sicut apud Iudeos, imò et apud ethnicos, victimarum comestio et consumptio, erat sacrificii peracti participatio et consummatio. Sic apud nos sanctissima Eucharistia perceptio, Christi crucifixi Salvatoris comestio, est sacrificii in cruce pro nobis peracti communicatio, et pro singulis consummatio. Itaque ad sanctissimam Eucharistiam accedens, Christum in cruce mortuum cogita, et inquit tu tibi pro te mortuum applica, iuxta Domini præceptum: *Hæc quotiescumque feceritis*, etc. Vide plura in corollario pietatis in fine.

VERS. 19. — Quid ergo dico... Obijci sibi tempesti. An propterea dico: contra id quod, c. 8, v. 4, dixi; idolum, aut immolatum idolo, aliquid esse? Minime.

VERS. 20. — SED QUÆ IMMOLANT GENTES... Sed dico quod illud quod gentes immolant, non vero Deo, sed dæmoniis immolant: et propterea qui gentiliū sacrificiis participat, de idololatriis comedentes, cum dæmoniis habent communionem.

Nolo autem vos christianos fieri dæmoniorum socios per participationem carnum illis oblatarum.

VERS. 21. — NON POTESTIS CALICEM DOMINI BIBERE, id est, non potestis calicem Domino sacrificatum bibere, et calicem dæmoniis oblatum, seu vinum diis libatum.

NON POTESTIS MENSE, seu altaris Domini participes esse, et mense, seu altaris dæmoniorum. Altare Christi, ubi sacrificatur Christus; mensa Domini, ubi comeditur Christus, et ubi ipse quasi nobiscum convivat, seipsum opponens comedendum. In idoliis appendebantur mense, in quibus post sacrificium peractum transferebantur ex altari carnes immolate, ut ex eis comederent qui obulerant, eorumque amici et invitati. Contingebat autem aliquando, ut quidam de Corinthiis, postquam idololatria comederant, ad sacratissimam Eucharistiam accederent; hoc arguens D. Paulus, ait: *Non potestis calicem Domini... Non potestis mense...*

VERS. 22. — AN ÆMULAMUR DOMINUM?... Sicut, an medum idololatria, participat de sacrificiis idololatriæ, illaque cõsumunt, ac per hoc quasi sacrificant idolis.

VERS. 19. — Quid ergo? etc.; q. d.: Minime. Idolum enim et consequenter idololatriam nihil est, nihil habet nominis vel virtutis, ut dixi cap. 8, v. 4.

VERS. 20, 21. — Sed que immolant gentes... Non potestis mense Domini participes esse, etc. Mense, sacra scilicet, id est, altaris, que est quasi mensa Dei, in qua Deus quasi convivat nobiscum, ut patet Malachia 1. Ita Ambrosius, Anselmus et concilium Tridentinum, sess. 22. c. 1. Ubi ex hoc loco docet Eucharistiam esse sacrificium: de ea enim Apostolum agere, non de sacrificio crucis. Primum, quia crucis victimam transit, et iam dñi desit: hic autem agit Apostolus de sacrificio, cuius Corinthii in dies erant participes. Secundò, ex voce panis, et mensæ Domini, id est, altaris: ubi enim est altare, ibi est et sacerdos, et sacrificium. Hæc enim tria sunt correlativa.

provocando provocamus ad zelotypiam Dominum nostrum? num fortiores illo sumus? Exaggerat ut pudet faciat eos; quasi diceret: An Dominum irritare, ad zelum et ad iram vultis provocare? dùm sic ad ejus adversarios delictis, et in acie cum illius hostibus statis; quasi illo fortiores sitis, et penas irati Dei possitis evadere. Maluit tamen in primâ personâ loqui, ut tantisper leniret. Eadem dictione usus est, quâ Moyses in Iudeos, Deuter. 52, 21: *Ipsi me æmulati sunt in non Deo, ad iram me provocaverunt in idolis suis*; D. Chrysostomus. Probat itaque duram communicatorum, de quibus v. 21, incompatibilitatem; ex eo quod à mensâ Domini transire ad mensam diaboli, sit à Domino delicere, ad ejus hostes transfugere, sicut Dominum ad zelum irritare, illumque spernere, quasi vindictæ impotentem, et qui non timeatur. Quot, heul quot hodie christiani sic à Domino delinunt, ad ejus hostes transfugiunt, dùm à mensâ Domini, ad spectacula, ad pompas diaboli transeunt? Quot alii Dominum ad zelum provocant, dùm in ipso templo, et in ipsis oculis Domini, creaturam, non creatorem adorant?

NEMQUE FORTIORES DEO SUMUS?

VERS. 25. — OMNIA MIHI LICENT... Occurrit objectioni: Dices, quod res in se licita sit et indifferens. — Resp.: Esto licita in se, sed non expediunt omnia quæcumque licent.

OMNIA MIHI LICENT, intellige omnia adiaphora, nullâ lege prohibita, quale est idololatriam comedere: sed non omnia edificant, v. g., comedere idololatriam in idolo, vel coram infirmo; imò hæc comestio destruit, quia scandalizat, et ad ruinam impellit. In se licet, per accidens non licet; si scandalizat frater, si tibi quis ob id deterior. Idololatria materialiter, et si cibum comedere, licet tibi, si solus, si nihil aliud habeas. Formaliter autem, ut idololatria, et dæmoniis sacra, non licet, quia sic est idololatria.

VERS. 24. — NEMO QUOD SUUM EST QUÆRAT... scilicet cum frater sui scandalo aut incommodo: hujus enim utilitatem spirituales debemus corporali nostræ utilitati aut voluptati preferre. Licet ergo non sit illicita idololatriam comestio, hoc tamen solum non debet attendere, sed præterea consulere proximum infirmitati et utilitati. Considera nam id quod fit,

VERS. 22, 25. — An æmulatur Dominum, id est, an provocamus Dominum ad iram et zelum? Quasi contemnentes ejus potentiam, et probare volentes an panem nos possit, ad rivalum et hostem ipsius effluere nos transentes? Id enim facit qui participes effectus mensæ Domini, postea sese mensæ dæmoniorum associat.

Namquid fortiores illo sumus? Ac si dicat: Minime. Ergo non impune nobis cedit illa amulatio et Dei ad iram provocatio.

Omnia mihi licent, sed non omnia edificant, quia, ut sequitur, non omnia aedificant. Quasi dicat: Materialiter licet vesci idololatriam per se, per accidens tamen non licet, si sequatur scandalum.

VERS. 24. — Nemo quod suum est querat, etc.; q. d.: Nemo querat carnem idolis immolatam, sibi commodam, gratam, sapidam, vituli prelii: sed in hæc re aliusque similibus querat alterius, proximi scilicet, aedificationem, ut non cum ejus scandalo, et

dammum afferat, num everisionem? S. Chrysostomus. Itaque non jus, sed charitas actionum nostrarum est regula: non enim solummodo quod jure possumus, debemus considerare, sed etiam quod charitas postulat, jusque nostrum, per charitatem, proximi bono sæpè sacrificandum. Qui proximum amat, Deum amat.

VERS. 25. — OMNE QUOD IN MACELLO... Totam hæc de idololatriis questionem, ab octavo capite agitatum, admirabili terminat temperamento; quo sic aliquid doctis Corinthiis concedit, ut et infirmiorum saluti penitus consulat. Temperamentum autem hoc est: 1° Permittit ut emanet et comedant indifferenter ex omni quod venale prostat, nullâ factâ prius interrogatione, immolatum ne sit, an non?

MACELLUM, locus Romæ, ubi vendebatur caro; sic dictus ab homine, quævis ejus fuerat solum, ait Grotius: itaque macellum, vox Græca ex Latino. Fieri poterat, ait idem Grotius, ut macellarius antequam ad macellum carnes deferret, aliquid de iis in iram dedisset; vel ut sacerdotes, partes quæ ipsi cedebant, vendidissent. Et de hoc non vult inquiri, sed indifferenter emi, propter conscientiam, in quâ scitis, et persuasi estis, idolum nihil esse, et idololatriam nihil impurum habere in se.

VERS. 26. — DOMINI EST TERRA... Scitis enim quod terra et omnia que in eâ, Domini sunt, et ideo in se bona. Nullus cibis ex se malus aut impurus, sed intemperantia, infidelitas, oblitio Dei, inobedientia, contemptus Ecclesiæ, conscientiam malè utentis reddunt impuram.

VERS. 27. — SI QUIS VOCAT VOS INFIDELIUM... 2° Permittit, ut apud ethnicos invitati ad comedendum, de appetitis sine scrupulo comedant, nihil interrogantes, ut supra, v. præc. 25.

ET VULTIS IRE. Nec jubet, nec prohibet, ait divus Chrysostomus: sed hoc addit, fortè ut immut melius se facturos, si non eant.

VERS. 28. — SI QUIS AUTEM VOBIS DIXERIT... 3° Si quis est convivis dixerit vobis: Hoc tuit immolatum, prohibet ex eo ne comedant, idque propter monitoris conscientiam spirituales illam emat et comedat. Ita Theophylact.

VERS. 25. — Omne quod in macello venit, etc. Omne, scilicet omnia tam idolis immolata, quam non immolata indifferenter comedit: nihil interrogantes, id est, nihil judicantes, vel discernentes: Ambrosius, nihil disquirentes; Theophylact., nihil hesitantes. Propter conscientiam, quasi scrupulos sit facienda, si tendant idololatria, illaque rogare debeatis, an scilicet carnes quas emere vultis, fuerint idolis oblatæ, nec tales emere et comedere liceat. Ita Anselmus, Ambrosius, Theodoretus.

VERS. 26. — Domini est terra, etc.; q. d.: Omnis creatura, quia Domini est, bona est et munda: sic et idololatria non immunda sunt, ut vos putatis esse, ex eo quod dæmoni sunt oblatæ; sed munda sunt, quia à Domino creata sunt. Ita Chrysost., Theoph.

VERS. 27. — Si quis vocat vos (ad prandium vel cenam) infidelium, et vultis ire, omne (etiamsi idolum sit) quod vobis apponitur, etc. Si enim rogetis, et respondeatur esse idololatriam, conscientia vestra constringetur, eoque vesci non poteritis.

VERS. 28. Si quis autem dixerit (in prandio vel

cenam; ne ledatur, ait Chrysostomus; seu rationem habentes illius, qui movuit, conscientie infirmæ, et minus instructe. Gr. addit hic: *Domini est terra, etc.*, sed Syrus et Arabs non legerunt, nec interpretes nos.

VERS. 29. — CONSCIENTIAM DICO, NON TEAM... Nosti enim quod idolum nihil est, et quod omnia Dei sunt: sed alterius, scilicet convivæ, qui movuit hoc immolatum esse; et qui videtur sentire, quod hoc tibi non liceat: propter illum, inquam, abstinere.

UT QUID ENIM LIBERTAS MEA... Personam mutat, ut sæpè: cur enim, et cui bono utar libertate meâ, cum alterius scandalo; seu cur faciam id quod mihi quidem liberum est, sed ob quod alius in suâ conscientia me damnat. Fabula est, inquiet, christianorum religio; sicut quidem idola sese execrari, et interim ea que eis oblatæ sunt, libenter comedunt. Theophylact.

VERS. 50. — SI EGO CUM GRATIA PARTICIPO... Si per beneficium Dei, dantis et concedentis, uter cibis; cur blasphemæ, seu calumnia occasione dabo, pro re, de qua Deo gratias ago, non dæmoniis?

UT QUID BLASPHEMOR? quasi sim idolo devotus, et non horream que sunt idoli, cum reverè tamen et horream idola, et uni Deo gratias ago. Itaque nec abutar meâ libertate, nec occasione blasphemandi dabo, ideo non comedam. Deus itaque in supra dictâ circumstantia rationes dat non comedendi. Primam quidem, quia abuter meâ libertate, et proximo darem occasionem de me malè judicandi, illumque scandalizarem. Secundam, quia darem occasionem etiam in me, et in christianam religionem blasphemandi: idque pro re, de qua Deo gratias ago. Unus è recentioribus auctor putat Apostolum hæc dicere in personâ doctorum, ut quid enim libertas mea, etc., si ego, etc., vulgare esse eorum querimonias, quas ut justas admittit Apostolus. Sed conjunctio enim indicat quod Apostolus probet id quod dixit: *Nolite manducare propter illum... et propter conscientiam illius...* ut quid enim, etc.

VERS. 51. — SIVE ERGO MANDUCATIS... Conclusio cenæ: *Hoc idolis immolatum est: nolite manducare, propter illum qui indicavit; ne videbitur ei scandalum præbentis manducando, sive fidelis ille sit sive infidelis.*

Et propter conscientiam; ne scilicet ledas conscientiam fratris tui in fide infirmi, tibi in mensâ assidentis, dùm cum tuo exemplo provocas, ut contra conscientiam suam idololatriam comedit.

VERS. 29. — Ut quid enim libertas mea, etc.; q. d.: Quare utar libertate meâ cum scandalo, ut damner ab alienâ conscientia? Illa enim, cum infirma sit et rudis, putat me rem damnablem facere, si comedam idololatriam. Quasi dicat: Notuquam id faciendum est. Ita S. Ambrosius.

VERS. 50. — Si ego cum gratia participo, etc.; Sensus est: Committere non debeo, ut alius mihi maledicat, aut male de me loquatur, propter id pro quo Deo gratias ago, id est, propter cibum: sed potius abstinere, quamvis aliqui cum gratiâ participarent.

VERS. 51. — Sive ergo manducatis, etc.; q. d.: Ita manducate libite, omniaque vestra ita facite, ut apta et habita sint ad gloriam Dei promovendam,

generali hortatur eos, ut sive manducant, sive bibant, sive quid aliud faciunt; et omnia propter Dei gloriam faciunt: et in omnibus caveant, ne ledatur honor Dei, et offendant proximum, sive Judæus, sive gentilis, sive christianus. *Omnia propter semetipsum operatus est Dominus*: ergo et nos omnia propter illum facere debemus. Omnia bona à Deo procedunt: ergo ad eum referenda; per amorem omnia nobis donat: per amorem omnia ei reddenda.

Vers. 52. — *Sine offensione estote...* Ne quemquam offendatis; à vobis nulla oriatur causa offensionis, scandali; sive Judæis, qui dum christianos vident idololatra comedentes, dicunt: Ecce quomodo christiani unum Deum colunt.

Sive Grecis, id est, infidelibus, qui dicebant: Hoc scilicet ut talia sint, ex quibus glorificari possit Deus, non offendi, nec Dei gloria lædi, sed potius omnia edificari, et consequenter Dei gloria celebrari et promulgari.

Vers. 52. — *Sine offensione estote Judæis, etc.* Tales, inquit, vos gerite, ut nullum præbeatis offendiculum neque Judæis, neque gentilibus, neque Ecclesie Dei. Judæos et gentiles rectè plerique restringunt ad eos qui foris sunt, id est, infideles, et Eccle-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ex primis hujus capitis versibus discamus omnes quanto cum tremore salutem nostram debeamus operari; hæc in re de nullo nobis unquam blandiendum; cum etiam ob ipsa Dei dona nobis sit metuendum. Quamvis, et quam portentosis beneficiis à Deo præventi fuerunt Israelitæ? et tamen in quam paucissimis eorum Deo beneficiatum est? E sexcentis millibus doctantium in terram promissam sunt ingressi. Hujus exempli, verè terribilis, memor fremet: et eò profundius humiliare sub omnipotenti manu Dei, quò majoribus ab eo præventus es gratis. Ut autem hoc Israelitarum exemplum in te sit efficacius, tu temetipsum in ipsis intue, quandoquidem ipsi reverà erant tui figure. Israel carnalis de Ægypto exiens, et per mare Rubrum transiens, etc., spiritualis Israelis erat figura, v. 11. Beneficia carnali Israël collata, figurabant beneficia christianis conferenda, v. 4. Israelitarum ingratitude, nostræ fuit ingratitude umbra, v. 5. Temporalis Judæorum punitionis, nostræ punitionis æternæ typus, et rudis delineatio, v. 5. Hæc omnia sigillatim perpende: et alieno sapienti exemplo, vitia fuge ob quæ Israelitæ terrâ promissâ sunt privati, v. 6, 7, 8, 9, 10, 11.

2° Ex v. 16 et 17, discamus ad fidei nostræ confirmationem, quæ fuerit Apostoli nostri fides circa sanctissimam Eucharistiam. Ita certò credebatur illam esse

CAPUT XI.

1. Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.
2. Laudo autem vos, fratres, quòd per omnia mei memores estis; et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.
3. Volo autem vos scire quòd omnis viri caput

cum faciant christiani, ergo nihil mali putant esse in idololatria. Sive christianis infirmis, qui scandalizantur, et urgentibus malis, ob hoc faciliè desiciunt, idolis sacrificantes, aut idololatra in illorum honorem comedentes.

Vers. 53. *Sicut et ego per omnia...* Seipsum dat exemplum, imò exemplum Christi, cujus Paulus imitatore se prebuit, studens nullum offendere, et omnes edificare; non que sua sunt, querere, sed æternam aliorum salutem commodis suis præferre. Divus Chrysostomus hic resumit omnes causas, ob quas ab idololatriâ abstinendum esse dixit Apostolus. Quia id inutile, et supervacaneum, propter damnum fratris, propter Judæi blasphemiam, propter Græci maledicentiam, quia ea res sit quidam cultus idolorum.

siam nondum ingressos. Nam de fidelibus est tertium membrum, et *Ecclesie Dei*.

Vers. 53. — *Sicut et ego per omnia omnibus placeo* (id est, placere conor et satago, ut omnes edificent, neminem offendam et scandalizem), non querens quod mihi utile est, etc.; Græcè, non querens meum ipsius commodum, id est, utilitatem, sed multorum. Id enim argumentum est charitatis, quæ non querit que sua sunt.

sacrificium, ut hæc veritatem assumat tanquam indubitatum sui ratiocinii principium. Apud nos christianos, inquit Apostolus, comestio panis eucharistici et potatio calicis sacri, est unio et communicatio cum corpore et sanguine Christi sacrificatis. Apud Judæos comestio victimarum est communicatio cum oblato sacrificio. Ergo pariter comestio idololatorum est communicatio cum demoniis, et idololatria. In hoc ratiocinio, vel supponitur ubique sacrificium, apud christianos scilicet, Judæos et paganos; vel nulla erit paritas, siquæ quòd blasphemum cogitatu, nulla ratiocinatio. Credamus itaque cum Apostolo sanctissimam Eucharistiam sacrificium esse, et quidem incrementum: at sacrificium eruentem, seu in cruce peractum, nobis applicans.

PRAXIS APOSTOLICA.

Eucharistia communicatio est corporis Domini pro nobis crucifixi; communicatio est sanguinis Domini pro nobis effusi. Ad eam itaque accedens, recordeare Christi Domini, in cruce pro te mortui; ipsi pro tali morte gratias age; ama tantum, et tam beneficentem Redemptorem; indue copiosam redemptionem, eamque fac tibi propriam; offer illam in peccatorum tuorum remissionem: spera, quiesce in Jesu crucifixo, Salvatore tuo. Vide v. 16, 17, 18.

CHAPITRE XI.

1. Soyez mes imitateurs comme je le suis moi-même de Jésus-Christ.
2. Je vous loue, mes frères, de ce que vous vous souvenez de moi en toutes choses, et de ce que vous gardez les traditions et les préceptes que je vous ai donnés.
3. Mais je veux que vous sachiez que Jésus-Christ

Christus est; caput autem mulieris, vir; caput verò Christi, Deus.

4. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.

5. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum: unum enim est ac si decalvatur.

6. Nam si non velatur mulier, tondeatur: si verò turpe est mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput suum.

7. Vir quidem non debet velare caput suum; quoniam imago et gloria Dei est, mulier autem gloria viri est.

8. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.

9. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

10. Ideò debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos.

11. Veritatem, neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Domino.

12. Nam sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem: omnia autem ex Deo.

13. Vos ipsi judicate: decet mulierem non velatum orare Deum?

14. Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi;

15. Mulier verò si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt;

16. Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

17. Hoc autem præcipio, non laudans, quòd non in melius, sed in deterius, convenitis.

18. Primum quidem convenientibus vobis in ecclesia, audio scissuras esse inter vos, et ex parte credo.

19. Nam oportet et hæreses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

20. Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est dominicam cenam manducare.

21. Unusquisque enim suam cenam præsumit ad manducandum; et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.

22. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

25. Ego enim accepit à Domino quòd et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in quâ nocte tradebatur, accepit panem,

21. Et gratias agens fregit, et dixit: Accipite, et manducate: hoc est corpus meum, quòd pro vobis tradetur; hoc facite in meam commemorationem.

25. Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescumque libetis, in meam commemorationem.

26. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, S. S. XXIV.

est le chef de tout homme; que l'homme est le chef de la femme, et que Dieu est le chef de Jésus-Christ.

4. Et tout homme qui prie ou qui prophétise, ayant la tête couverte déshonore sa tête;

5. Mais toute femme qui prie ou qui prophétise n'ayant point la tête couverte d'un voile, déshonore sa tête, car c'est comme si elle était rasée;

6. Parce que si une femme ne se voile point la tête, elle devrait donc aussi avoir les cheveux coupés; mais s'il est honteux à une femme d'avoir les cheveux coupés ou d'être rasée, qu'elle se voile la tête.

7. Pour ce qui est de l'homme, il ne doit point se couvrir la tête, parce qu'il est l'image et la gloire de Dieu, au lieu que la femme est la gloire de l'homme.

8. Car l'homme n'a point été tiré de la femme, mais la femme a été tirée de l'homme.

9. Et l'homme n'a pas été créé pour la femme, mais la femme pour l'homme.

10. C'est pourquoi la femme doit porter sur sa tête cette marque de la puissance que l'homme a sur elle à cause des anges.

11. Toutefois l'homme n'est point sans la femme, ni la femme sans l'homme en notre Seigneur.

12. Car comme la femme a été tirée de l'homme, ainsi l'homme naît de la femme, et l'un et l'autre viennent de Dieu.

13. Jugez-en vous-mêmes: est-il décent à une femme de prier Dieu sans avoir un voile sur sa tête?

14. La nature même ne vous enseigne-t-elle pas qu'il serait honteux à un homme de laisser croître ses cheveux;

15. Et qu'il est au contraire honorable à une femme de les laisser croître, parce qu'ils lui ont été donnés comme un voile qui doit la couvrir?

16. Si quelqu'un aime à contester, pour nous, ce n'est point la notre coutume, ni celle de l'Eglise de Dieu.

17. Je ne puis vous louer en une chose que je vais vous dire, qui est que vous vous conduisez de telle sorte dans vos assemblées qu'elles vous nuisent au lieu de vous servir.

18. Car premièrement j'apprends que, lorsque vous vous assemblez dans l'Eglise, il y a des partialités parmi vous, et je le crois en partie;

19. Parce qu'il faut qu'il ait même des hérésies, afin qu'on découvre par là ceux d'entre vous qui ont une vertu éprouvée.

20. Lors donc que vous vous assemblez comme vous faites, ce n'est plus manger la cène du Seigneur.

21. Car chacun se hâte de manger son souper en particulier, sans attendre les autres: ainsi les uns n'ont rien à manger pendant que les autres font des excès.

22. N'avez-vous pas vos maisons pour y boire et pour y manger? ou méprisez-vous l'Eglise de Dieu? Voulez-vous faire honte à ceux qui sont pauvres? Que vous dirai-je sur cela? vous en louerez-je? Non certes, je ne vous en loue point.

25. Car c'est du Seigneur que j'ai appris ce que je vous ai enseigné, qui est que le Seigneur Jésus, la nuit même qu'il devait être livré, prit du pain:

24. Et ayant rendu grâces, rompit ce pain et dit: Prenez et mangez, ceci est mon corps, qui sera livré pour vous: faites ceci en mémoire de moi.

25. Il prit de même le calice après avoir souppé, en disant: Ce calice est la nouvelle alliance en mon sang: faites ceci en mémoire de moi toutes les fois que vous le boirez.

26. Car toutes les fois que vous mangerez ce pain, (Dix-huit.)